

26 *Ottonis Tachenij*

nullo modo eius assumptio est timenda , vt falsè docet Reformator. Sed plurimū ignorantes timere plurima necesse est.



Rumor sine Capite,

C A P V T VI.

Circumfertur & modus eliciendi ex silice calcinato vim diureticam per alcali destructionem, id est, per regulam alcali contrariam, cum spiritibus acidis , hac viâ. In spiritum salis frustulatim injiciunt calcem vivam , qui statim ab alcali calcis absorbetur magno impetu & vehementi ebullitione, phlegma insipidum euocant , & calcem acido sale saturatam in crucibulo leui igne fundunt , & in mortarium frigidum percolant , frigefactam tundunt (igneas scintillas tum spargit) in puluerem, ex quo aquâ calidâ salsedinem eliciunt , hanc purificant & coa-

Hippocrates Chymicus. 27
gulant, & rursus sponte in li-
quorem falsum defluere sinunt,
non inutilem. Reperiuntur au-
tem sophistæ & impostores, qui
promittunt hunc liquorem di-
stillari per alembicum; miscent
nimis dictum liquorem calcinatis
silicibus & puluerizatis, in
quadrupla proportione, & distil-
lant aperto igne in spiritum aci-
dum, quem spiritum calcis Basili-
ij peruerso nomine appellant.

Videamus nunc, cuius sit fi-
lius, dictus distillatus spiritus. Pri-
mo absorptus fuit spiritus salis ab
alcali vitrificante, & in igne con-
stantissimo.

Deinde altera pars silicis per a-
quam fuit separata & reiecta sub
fæcum larua.

Tertiò alcali fixum silicis vel
calcis, combibit acidum salis spi-
ritum, fitque sal ex volatili acido,
& fixissimo alcali.

Quartò, commiscent hoc sal-
cum silicibus calcinatis, id est,
cum calce viua, quæ ditior est al-
cali quam acido, ut ostendi in

28 *Ottonis Tachenij*
vitro & sapone.

Et licet hæc mixtura vrgetur
igne validissimo, quid aliud
extillare posset quam acidum vo-
latile? id est, idem spiritus salis,
quem alcali absorperat.

Hunc spiritum viti celebres
& docti, commendarunt in poda-
gra & lithiasi, tanquam quid sin-
gulare, euentu tamen planè eu-
nido. Sed Basilius sinistre intel-
lectus non scripsit impostoribus,
ea propter ab his iniquè pro fal-
fario proclamatus. Rectè itaque
monet Comicus si sapis, quod
scis nescis.

Addo huic examini.


Quod hac methodo, quili-
bet processus, tam Chymi-
cus quam medicus, potest inge-
nio & discursu probari, & ve-
rum à falso discerni, sine ex-
pensis ullis, & temporis perdi-
tione, ac postquam imbutus fueris
hac Hippocraticâ doctrinâ, quam
breui compendiolo hîc trado, nec

Narr-
rs nihil
quicquam
habet occul-
ti, in hoc
sublunari
globo, quod

Hippocrates Chymicus. 29

amplius ab impostoribus, sophis-
tis & deceptoribus circumueniri;
imò hac methodo poteris ope-
rando, & libros scribendo per
omnia tria regna, Animale sci-
licet Minerale & Vegetabile, in
hac naturali Hippocratica vera
& antiquissima philosophia, re-
cto tramine progredi sine errore
ullo in infinitum, nec seduci, ut
in progressu fateberis.

*medicinam
spectat, quin
Hippocrati-
cā hac me-
thodo, ma-
nifestum
fier,*



*Qui bene distinguit, bene
docet.*

C A P V T VII.

Pro maiori lumine & intel-
ligentia, operæ pretium erit
alcalium differentiam, & quid
sit contrarietas, vel acidorum
absorptio & imbibitio, priùsquam
progrediar ad oculum demon-
strare.

Sunt autem, ut dixi, varij
gradus & species salis alcali fixi,

C iij